This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Rome. - Cels

MIRABILIA ROMAE.

E CODICIBVS VATICANIS EMENDATA

EDIDIT

GVSTAVVS PARTHEY.

ACCEDIT ICHNOGRAPHIA ROMAE AB HEINRICO KIEPERTO DELINEATA.

BEROLINI
IN AEDIBVS FRIDERICI NICOLAI
(A. EFFERT & L. LINDTNER.)
1869.

Digitized by Google

2049.
n.



Digitized by Google

FERDINANDO GREGOROVIVS

VRBIS ROMAE HISTORIOGRAPHO

D. D. D.

EDITOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Inter topographiae romanae adminicula haud spernenda numerantur Mirabilia Romae. quae quamvis anilibus fabellis referta sint, multa tamen veterum monumentorum cognitioni utilia exhibent. magnus est numerus codicum, in omnibus fere Europae bibliothecis asservatorum, de quibus J. B. De' Rossi, viri clarissimi, iudicium hic apponam. (Roma sotter. t. 1. p. 158.) „Jl testo, che noi abbiamo dei *Mirabilia*, benchè nei manoscritti (de' quali ho esaminato un grandissimo numero in Jtalia, in Germania, nel Belgio, in Francia ed in Jnghilterra) presenti molte varietà, pure facilmente può essere ridotto a due principali recensioni. La più antica è quella, che quasi documento officiale fù inserita nei libri della curia romana, cioè nel *Politicus* (leggi polypticus) di Benedetto canonico, (scritto prima

Digitized by Google

del 1142) nelle *Collectanea Albini scholaris* (circa il 1184) e nel celebre libro de' censi di Cencio Camerario, che fu poi papa Onorio III, 1216—1227. La seconda fa la sua principale comparsa nelle *Collettanee* del Cardinal Nicola d'Aragona (anni 1356—62); donde proviene quella, che Martino Polono inserì nella sua cronaca, e quella della *Graphia aureae urbis Romae* d'un codice fiorentino. Prego i lettori a dispensarmi dal citare i codici antichi e migliori di queste opere, che nella loro integrità sono tutte inedite, ma che ai dotti nelle cose del medio evo sono note. Spero che avrò, quando che sia, l'agio di pubblicare per disteso i miei studii sulle *Mirabilia* e sulla immensa famiglia dei codici varii di quel opuscolo. Jntanto basterà avvertire, che il testo piu antico, ma da un esemplare assai corrutto e lacunoso n'è stampato nelle *Effemeridi letterarie di Roma*, t. 1. p. 62—82, 147—164, 378—392: la recensione seconda s'assomiglia a quella, che si legge nel *Montfaucon Diar. ital. p. 283—295.* La *Graphia aureae Urbis Romae* è stata messa in luce dall' Ozanam nel 1850. Adunque degli autori, che hanno conosciuto ed accolto nei loro libri

Digitized by Google

le *Mirabilia*, niuno è piu antico del secolo XII; essi però ce ne danno un testo già guasto."

Quibus perspectis haud e re mihi visum est, codicibus Vaticanis per otium hibernum accuratius examinatis, prodromum editionis De' Rossii in lucem emittere. continet ditissima Vaticani gaza decem Mirabilium codices, tantae inter se discrepantiae, ut neuter apographum alterius habendus sit. praeter utramque a De' Rossio indicatam recensionem tertiam libri indolem reperire nobis contigit.

En codicum recensum:

A = Cod. Ottobon. 3057. latin. membraneus, foliorum 160 formae maximae, saeculi XIII. exeuntis. paginae sunt bipertitae, columnae versuum 51, litterae initiales et lemmata rubro colore signata. nitide et eleganter ab eadem manu est exaratus, compendia litterarum habet satis multa.

fol. 1ª legitur a manu recenti OTT. ***Digesta Pauperis Scolaris Albini. Presbiteri Benedicti Excerpta Politica de Dignitatibus Urbis. Varia ex Cencio Camerario de Urbe Roma*** (insunt Mirabilia) ***Bullae Pontificum et Jmperatorum***

Digitized by Google

de Regaliis B. Petro concessis. Diplomata &c. 3057.

fol. 127ª col. 1. *Jncipiunt excerta* (sic) *politici a presbytero Benedicto compositi de ordinibus Rome et dignitatibus urbis et sacri palatii.* [H]*ec sunt festivitates, in quibus papa debet coronari.* col. 2, sine lemmate *De muro urbis.* in margine a manu recenti *Adverte quod multa ex his sunt registrata apud librum Cencij Camerarii.* Mirabilia Romae, fol. 127ª — 130ª comprehensa conveniunt cum editione Albertina. in fine addita est narratio de sanctis Abdon et Sennen.

B = Cod. Ottobon. 2072 lat. membraneus, foliorum 58 formae maximae, saec. XIV. paginae sunt bipertitae, columnae versuum 43 vel 44, litterae initiales et lemmata rubra. in folio praemisso legitur: *Ex codicibus Joannis Angeli Ducis ab Altaemps. Solini Geographia.* sequitur ab altera manu *Jn novo indice codicum Ottobonianorum 2072.* adscripsit tertia manus αὐτὸς βιβλός ἐστι τοῦ οὐβαλδείνου βαντηνήλλου καὶ τῶν φίλων. Φλωρητίη. ὅτι τὰ τῶν φίλων κοινά. (Ubaldinus Bandinelli episcopus Montis Flasconis obiit anno 1551.)

Digitized by Google

Jnsunt fol. 1ª — 32ᵇ *Solini geographia*; fol. 33ª—39ᵇ *Situs omnium provinciarum orbis terrae*; fol. 40ª—41ª *Tractatus di situ Ytalie*; fol. 41ª col. 2—43ª col. 1 *Situs Rome*; fol. 43ª col. 1—44ᵇ col. 2 *Tractatus de situ et mirabilibus rome*; fol. 45ª—58ᵇ *Liber magistri Rycobaldi Ferrariensis de locis orbis.* haec omnia ab eadem manu exarata sunt.

Mirabilia plerumque conveniunt cum editione Montfauconii, sed a pagina 287 transeunt ad paginam 292 Montf. et discrepant in fine.

C = Cod. Vatican. 3973 lat. membraneus, foliorum 282 formae maximae, saec. XIII ineunte ab eadem manu nitide exaratus, paucis compendiis adhibitis. paginae integrae sunt versuum 24; lemmata nulla; litterae versuum inceptivae rubro colore signatae.

fol. 1ª—15ᵇ Mirabilia (sine titulo); fol. 16ª —282ᵇ *Cronica Romoaldi Guarne* (?) *Secundi Archiepiscopi Salernitani.*

Jste codex in universum sequitur editionem Albertinam, sed omittit paragraphum *Primicerius id est prima manus .... Jmperatorem*, pag. 34, 21 — 35, 24 Alb.; post *anima-*

Digitized by Google

rum suarum (pag. 43, 5 Alb.) inserit narrationem de sanctis Abdon et Sennen.

Huius codicis collatione, a Schultzio confecta, usus est Grässe in Mirabilium editione (*Beiträge zur Litteratur und Sage des Mittelalters. Dresden 1850. 4to*).

D = Cod. Vatican. 2035 lat. chartaceus, foliorum 49 formae quadratae, saec. XVI. paginae sunt bipertitae, columnae versuum 40. litterae miniatae nullae. folia 1—42 ab eadem manu exarata, fol. 43 et 44 vacua, fol. 45—49 alteram manum exhibent.

fol. 1 et 2 finem faciunt libri cuiusdam chronici, ubi occurrunt lemmata *Tertia aetas ... Sexta aetas.*; fol. 5^a—42^b *Aythoni liber historiarum*; fol. 45^a—47^b secuntur sine titulo Mirabilia Romae, quae partim contuli. in fine capitum singulorum nonnumquam legitur *de aliis in martiniana melius habes*, vel *de palatiis superius melius habes in martiniana.*; fol. 47^b—49^b *Liber de mirabilibus mundi*, quo non septem quae vocant mirabilia continentur, sed narratiunculae quaedam ex historia naturali desumptae.

Digitized by Google

E = Cod. Vatic. 636. lat. membraneus, foliorum 73 formae maximae, saec. XIII. paginae sunt bipertitae, columnae versuum 32. scriptura elegans non sine compendiis. fol. 1ª *Ex pluteo quinto* (?) *bibliothecae magnae secretae.*; fol. 1ᵇ—71ᵇ. *Jncipit liber venerabilis Bedae presbyteri de tabernaculo federis.*; fol. 72ᵇ—73ª *Versus utillimi de conceptu sancti verbi* (?)

Vox divina sonat quod nemo spem sibi ponat.

Sunt 120 versus leonini, duabus paginis comprehensi; ultimus est

Leticie portus cuius mundo fuit ortus.

fol. 73ᵇ *De politico.* sequitur § 35 (nobis), quae in editionibus Montfauconii et Alberti non legitur. dein pag. 22, 2—34, 18 et 36, 2—37, 2 Alb.

In fine: *Liber Sancte Mariae de Esron quem abstulerit .....*

Non videat Christum quisquis furabitur istum.

F = Cod. Regin. 1446. lat. membraneus, foliorum 73 formae maximae, saec. XIV vel XV. paginae sunt integrae, versuum 34. scriptura nitida, compendiis referta, rubricis miniatis ornata.

Digitized by Google

folio praemisso legitur a recenti manu:

De aegritudinibus equorum et earumdem curatione liber.

De avibus fol. 31. De aegritudinibus avium fol. 40.

De libro falconarii: contin. cap. 72. fol. 40.

De remedio aegritudinum avium rapinor. contin. c. 15. fol. 50.

De numeratione rapidorum quadrupedum et proprietatibus canum fol. 64^{b}.

De avibus rapacibus. fol. 71.

Omnia illa auctore Jordano Rufo de Calabria, militis in marestalla quondam imperatoris Friderici Sécundi, qui imperavit anno a Christo nato 1213. Neapolitanus, Siciliae rex et Sueviorum dux: Barbarossae filius fuit.

fol. 1^{a} — 3^{b} *Mirabilia Rome.* rubricae hae sunt: *de portis. de montibus. de pontibus. de pallacijs. de arcubus. de thermis. de theatris. de cimiteriis. de locis passionum sanctorum. de pinea. de templis. de templo martis. de capitolio. de equis marmoreis. de equo constantini. de colloseo.*

Hunc codicem cum Montfauconio facientem hinc inde cum codice *B* contuli.

Digitized by Google

G = Cod. Vatic. 4265. lat. chartaceus, foliorum 238 formae quadratae, saec. XIV. propter scripturam minutam, compendiis refertam et atramentum pallidum difficillime lectu. in litteris inceptivis minio addendis rubricator neglegens pro *A* posuit *C*, pro *M* posuit *A*, cet.

fol. 1ª—208ᵇ *Jncipit tr̀actatus qem̄i* (?) *Nycolai de lyra contra iudeos.*

fol. 209ª—216ª secuntur sine titulo Mirabilia ab altera manu conscripta. in fine legitur *Jn ecclesia sancti Petri ad vincula est vera remissio omnium peccatorum. anno domini M·CCC·LXXV et cet.*

fol. 217ª—238 Varia theologica.

Hunc codicem rogatu meo Hugo Hinck diligentissime excussit. multis locis differt ab editionibus Montfauconii et Alberti. paragraphos nostras, plus minus integras hoc ordine exhibet: 1. 2. 6. 3. 8. 5. 9. 4. 10. 12. 42. 37. 52. 14. 31. 32. 34. 25. 39. 38. 53. 29. 30. secuntur paragraphi 54—102, in ceteris codicibus desideratae, quibus nonnulla ad romanas antiquitates medii aevi spectantia continentur. indulgentias plenissimas, a papa Gregorio concessas, in fine operis duabus paginis allegatas omisimus.

Digitized by Google

Praeter hos septem, quos modo diximus, habet Vaticana bibliotheca tres alios Mirabilium codices minoris pretii, quos quidem sedulo inspeximus, non autem in constituendis libelli nostri verbis adhibuimus:

Cod. Ottobon. 2257. lat. chartaceus foliorum 137 formae maximae, anno Chr. 1478 exaratus.

fol. 1[a] *Des façons de blasoner les armoiries.* cet.

fol. 115[b] *Postquam filii Noe edificaverunt turrem confusionis* ..... est initium Graphiae aureae urbis Romae (Ozanam documents. p. 155).

fol. 116[a]—120[b] capita Mirabilium nonnulla, de portis et palatiis tractantia.

Cod. Regin. 520. lat. chartaceus, formae quadratae. continet opuscula gallica et latina, inde a saec. IX. ad saec. XV. conscripta.

fol. 29[a]—30[a] *Hec sunt mirabilia urbis rome.* scriptura minuta et neglegens saec. XV. in fine legitur *Expliciunt stationes sancte urbis rome.*

Cod. Regin. 614. lat. formae quadratae. continet codicem membraneum, duos chartaceos, librum impressum.

Digitized by Google

1) cod. chart. *Sequuntur nomina beneficiorum Lemonicensis diocesis.* folia 13.

2) liber impr. *Apologia Madricine conventionis .... dissuasoria. Parisiis 1526.* 4to. folia 7.

3) cod. chart. *Vates prophetico cecinit spiritu.* cet. fol. 23—41.

4) cod. membr. *Chronicon Martini Poloni.* saec. XIV. scriptura satis bona, compendiis refertissima. quae Martinus e Mirabilium libro in historiam suam desumpsit, ea in Martini editionibus quaeras; leguntur in editione Antverpiensi. a. 1574. 8vo p. 41 sqq.

Codices *A B C G* integros excussi, minime autem lectionum variarum farraginem recepi; codices *D E F* ubi necessarium videbatur inspexi. in notulis res topographicas et nomina propria tantum curavi, omissiones autem et singulorum verborum transpositiones, discrepantias narratiuncularum, alia minoris momenti neglexi. orthographiam ubique sibi constantem servare non licuit, cum ne singuli quidem codices sibi constent. habent enim arcus et archus, sepulcrum et sepul-

Digitized by Google

chrum, imago et ymago, palatium et pallatium, columna et columpna, quatuor et quattuor cet. seriem capitum, in codicibus valde diversam, ad Montfauconii editionem, quantum fieri potuit, disposui.

Dabam Romae, mense Maio 1869.

G. Parthey.

Digitized by Google

NOTARVM EXPLICATIO.

A = cod. Ottob. 3057.
B = cod. Ottob. 2072.
C = cod. Vatic. 3973.
D = cod. Vatic. 2035.
E = cod. Vatic. 636.
F = cod. Reg. 1446.
G = cod. Vatic. 4265.
Alb. = editio Alberti. Romae, 1864. 12mo.
Gr. = Graphia aureae urbis Romae in libro cui titulus: Ozanam documents inédits. Paris, 1850. 8vo.
Montf. = Montfaucon Diarium Jtalicum. Parisiis, 1702. 4to.
Visc. = codex Visconti, in editione Albertina allegatus.

Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHVS CAPITVM.

CAP.		PAG.
1.	De muro urbis	1
2.	De portis	1
3.	De montibus	3
4.	De pontibus	4
5.	De palatiis	4
6. 7.	De arcubus	6 7
8.	De thermis	8
9.	De theatris	9
10.	De cimiteriis	9
11.	De columna Antonini	11
12. 13.	De locis passionum sanctorum	12 13
14.	De Vaticano et agulio	14
15.	De pinea que stabat in Roma	15
16.	De templis	16
17.	De templo Martis	17
18—21.	De Capitolio	17—19
22. 23.	Ex alia parte	20 21
24.	Jnfra palatium	22
25. 26.	Jn Celio monte	23 24
27. 28.	Jn Aventino	25
29. 30.	De Coloseo	26 27

Digitized by Google

CAP. PAG.
31. Jn paradiso sancti Petri 27
32. Jn naumachia 28
33. De castello Crescentii 29
34. De Augusto 30
35. 36. Temporibus sancti Silvestri . . 31
37. De visione Octaviani 33
38. De caballis marmoreis 34
39—41. Quare factus sit equus, qui dicitur Constantini . . . . . 36—38
42—44. Quare factum sit Pantheon 39—41
45—49. Quare Octavianus vocatus sit Augustus . . . . . 42—45
50. 51. Quot sint templa Transtyberim 46

ADDENDA.

52. Johannes Patricius 47
53. Constantinus fecit 47
54—57. Jn sancto Petro Rome . . 49—51
58. Jn Laterano 51
59. 60. Jn sancto Paulo 53
61. Jn sancta Maria mayori 54
62—89. Jn sancta Maria nova . . 54—60
90—102. Jn sancta Maria Transtyberim 60—62

Digitized by Google

MIRABILIA ROME.

DE MVRO VRBIS. 1

Murus Rome civitatis habet turres trecentas sexaginta unam, castella quadraginta novem, arcus principales septem, propugnacula et merulas sex milia nongenta, portas duodecim, pusterulas quinque. in circuitu vero sunt miliaria XXII, exceptis Transtyberim et civitate Leonina et porticu sancti Petri.

DE PORTIS. 2

Porte inclyte urbis sunt hec: porta Capena, que vocatur porta sancti Pauli, iuxta

1 Mirabilia Rome] *sic F*, tractatus de situ et mirabilibus rome *B*, *om. A C D E G* § 1. *Gr. p. 156, 30. Montf. p. 283, 4. Alb. p. 9. 10* 3 turres 100. et. 61 *G* 5 arcus principales septem *ex Gr. desumpta* 6 et merulas *om. A* || sex milia nongenta] 8. milia *G* 7 duodecim] VII *F* 8 XXII] *rectius* XII § 2. *Gr. p. 157, 2. Montf. p. 283, 5. Alb. p. 12* 12 13 Capena] capanie *D* 13 Pauli] petri *C*

Digitized by Google

(2) templum Remi; porta Appia ubi est ecclesia que dicitur Domine quo vadis, ubi apparent vestigia Jesu Christi; porta Latina, quia inde intrabant Latini et Apuli: ibi est dolium in quo beatus Joannes evangelista missus fuit; porta Metronis; porta Asinaria que dicitur Lateranensis; porta Lavicana que dicitur Maior; porta Taurina que dicitur sancti Laurentii vel Tyburtina; porta Numentana que ducit ad Numentanam civitatem; porta Salaria; porta Pinciana, quia ibi adhuc est palatium Pincii regis; porta Flaminea que dicitur sancti Valentini; porta Colina ad castellum quod est ad pontem sancti Petri, quod dicitur castellum Adriani imperatoris, qui fecit pontem sancti Petri.

Porte Transtyberim sunt tres; porta Septimana, ubi septem laudes facte fuerunt

1 templum] sepulchrum *Gr.* || romi *G* || appta *vel* appaa *C* 6 metronii *Gr.*, metronj *D*, mitroui *A*, microni *C*, micrana *G* 7 asinarica *A C* 8 Lavicana] leuitica *D* 8 9 thaurina *F*, caurina *Gr.* 10 numantina *A*, mumetana *G*, montana *Gr.* 10 11 ad Numentanam civitatem] siciliam *G* 11 Salaria] salina *G* 12 Pincii] *sic Montf.*, pinci *D G*, prati *F* 13 flamminea *C* 14–17 Colina — Petri] collina ad templum adriani *Gr.* 14 Colina] *sic A G*, collicina *D* 18–p. 3, 6 *Montf. p. 283, 21. Alb. p. 12* 19 septimiana *A*, septimaria *G* 19–p. 3, 1 ubi — imperatori] septem naiades (naidas *C*, naydes *Gr.*) iuncte iano *A C Gr.*

Digitized by Google

Octaviano imperatori; porta Aurelia vel (2)
aurea que nunc dicitur sancti Pancratii;
porta Portuensis.

Jn porticu sancti Petri sunt due porte,
quarum una vocatur porta Castelli sancti
Angeli, altera porta Viridaria.

DE MONTIBVS. 3

Montes infra urbem isti sunt: Janiculus
qui vulgariter dicitur Janarus, ubi est ec-
clesia sancti Sabae; Aventinus qui et Qui-
ralis dicitur, quia Quirites ibi stabant, ubi
est ecclesia sancti Alexii; Celius mons ubi
est ecclesia sancti Stephani in Celio monte;
Capitolium vel Tarpeius, ubi est palatium
senatorum; Palentium ubi est palatium
maius; Exquilinus qui supra alios dicitur,
ubi est basilica sancte Marie maioris; Vi-
minalis ubi est ecclesia sancte Agathes,
ubi Virgilius captus a Romanis invisibiliter

2 que nunc dicitur sancti Pancratii *ex Visc. desumpta* 4 Jn porticu sancti Petri] in civitate leonina *D* || due] tres *D* 6 Viridaria] *sic B*, merdaria *F Montf.*, meridiana *D* || *post* Viridaria *D addit* porta (*spatio vacuo relicto*) § 3 *Montf. p. 283, 28. Alb. p. 17, 1.* 9 Janarus] *sic B*, iannarus *Montf.*, ianvarius *F* 10 11 quirinalis *Montf.* 15 palonteum *F* 16 aquilinus *G* 17 18 vinealis *F*, vimenalis et laniclus mons ubi est ecclesia sancte sabine *G*

Digitized by Google

exiens ivit Neapolim, unde dicitur: vade ad Neapulim.

DE PONTIBVS.

Pontes isti sunt: pons Milvius; pons Adrianus qui dicitur Judeorum, quia ibi Judei habitant; pons Fabricius; pons Neronianus ad Sassiam; pons Antoninus in arenula; pons Gratiani; pons senatorum sancte Marie; pons marmoreus Theodosii et pons Valentinianus.

DE PALATIIS.

Palatia magna imperatorum ista sunt: palatium maius in Pallanteo monte positum; palatium Severi prope sanctum Sixtum; palatium Claudii inter Colliseum et sanctum Petrum in vincula; palatium Constantini in Laterano, ubi moratur dominus

1 2 vade ad Neapulim] *sic B*, vado ad napulum *F Montf.* § 4 *Gr. p. 160, 16. Montf. p. 284, 10. Alb. p. 27, 4* 4 miluus *C* 6 fabricis *C* 6 7 Neronianus] neumanus *Montf.* 7 8 in arenula *ex Gr. desumpta* 9 sancte Marie *ex Gr. desumpta* 10 valentianus *G* § 5 *Gr. p. 158, 9. Montf. p. 284, 15. Alb. p. 17, 12* 13 Pallanteo] *sic A*, palenteo *B*, palentio *Montf.* 14 Severi] *sic C, legebatur* Severini 16–p. 5, 1 palatium Constantini — papa] palatium lateranense fuit neronis, dictum a latere septemtrionalis plage, in quo situm est, vel a laterrana, quam nero peperit; in quo palatio nunc est magna ecclesia sita *Gr.*

Digitized by Google

papa; palatium Susurrianum est modo ecclesia sancte Crucis; palatium Volusiani; palatium Romuli inter sanctam Mariam novam et sanctum Cosmatem, ubi sunt due edes Pietatis et Concordie, ubi posuit Romulus statuam suam auream dicens: non cadet, donec virgo pariet. statim ut peperit virgo, statua illa corruit; palatium Traianum, ubi est columna sua alta XX passus; palatium Constantini; palatium Salustii; palatium Camilli; palatium Antonini, ubi est columna sua alta XXVII passus; palatium Neronis, ubi est agulia sancti Petri; palatium Julii Cesaris, ubi est sepulcrum Julii Cesaris; palatium Chromacii; palatium Eufimiani; palatium Pompeii; palatium Titi et Vespasiani foras Romam catacumbis; palatium Domitiani in Transtiberim ad micam auream; palatium Octaviani ad sanctum Laurentium in Lucina. (5)

1 sosorrianum *C* 1–2 est modo — crucis] *sic Gr.*, ad thermas de caluce *B*, ad ceme de caluce *Montf.* 3–4 Romuli — Cosmatem] iuxta tugurium faustuli *Gr.* 4 et ad sanctum *B* 10 11 spalusii *G* 11 carmilli *G* 13–14 Neronis — Petri] neronis, in quo requiescunt corpora apostolorum petri et pauli, symonis et iude *Gr.* 16 palatium Eufimiani *ex Gr. desumpta.* 18–19 palatium Domitiani — auream *ex Gr. desumpta.* 19 20 *post* Octaviani *G add.* palatium diocletiani.

Digitized by Google

6 DE ARCVBVS TRIVMPHALIBVS. 1

Arcus triumphales sunt isti, qui fiebant 2
alicui imperatori redeunti a triumpho, sub 3
quibus cum honore ducebantur a senato- 4
ribus, et victoria eius ad memoriam in po- 5
sterum sculpebatur. Arcus aureus Alexan- 6
dri; ad sanctum Celsum arcus Theodosii 7
et Valentiniani et Gratiani imperatorum; ad 8
sanctum Ursum ....; foris Appiam portam 9
ad templum Martis arcus triumphalis; arcus 10
Titi et Vespasiani ad sanctam Mariam no- 11
vam iuxta castellum Cesarum; arcus Con- 12
stantini iuxta amphitheatrum inter palatium 13
maius et templum Romuli; arcus septem 14
lucernarum Titi et Vespasiani, ubi est can- 15
delabrum Moysi cum arca, habens septem 16
brachia, in pede turris Cartularie; arcus 17
Julii Cesaris et senatorum ante sanctam 18
Martinam, ubi modo sunt turres de Bra- 19
chis; arcus triumphalis Octaviani ad san- 20
ctum Laurentium in Lucina; arcus Antonini 21

§ 6. *Gr. p. 157, 12. Montf. p. 284, 32. Alb. p. 13, 4*
6 aureus] aurelii *Alb.* 9 *post* Ursum *Alb. in notis lacunam indicat.* 15–17 ubi — Cartularie] ad sanctam mariam novam, inter pallantem (pallanteum *A*, palacium *C*) et templum romuli *A C Gr.* 18–19 ante — Brachis] inter edem concordie et templum fatale *A C*
19 20 Brachis] *sic B*, bratis *Montf.*

Digitized by Google

prope columnam eius, ubi modo est turris (6)
de Tosetis; arcus ad sanctum Marcum, qui
vocatur Manus carnea; tempore quo Dio-
clitianus imperator sanctam Luciam matro-
nam pro fide Christi in urbe Roma crucia-
bat, iussit eam extendi ad verbera, ut fu-
stibus mactaretur. et ecce qui eam cedebat
factus est lapideus, manus autem eius carnea
remansit usque nunc. propter hoc vocatur
nomen loci illius Ad manum carneam
usque in hunc diem. in Capitolio est arcus
panis aurei.

Sunt praeterea alii arcus qui non sunt 7
triumphales sed memoriales, ut est arcus
Pietatis ante sanctam Mariam rotundam,
ubi cum esset imperator paratus in curru
ad eundum extra pugnaturus, quaedam
paupercula vidua procidit ante pedes eius,
plorans et clamans: domine, antequam va-
das mihi facias rationem. cui cum pro-
misisset in reditu facere plenissimum ius,
dixit illa: forsitan morieris prius. impe-
rator hoc considerans praesiliit de curru,
ibique posuit consistorium, mulier inquit:

2 Tosetis] *sic B*, cosectis *Montf.* 3–11 tempore — diem] *ex Gr. et Visc. desumpta.* 11 Capitolio] capitello *A.* § 7 *e codice B et Montf. desumpta.*

Digitized by Google

(7) habebam unicum filium, qui interfectus est a quodam iuvene. ad hanc vocem sententiavit imperator: moriatur, inquit, homicida et non vivat. morietur ergo filius tuus, qui ludens cum filio occidit ipsum. qui cum duceretur ad mortem, mulier ingemuit voce magna: reddatur mihi iste moriturus in loco filii mei, et sic erit mihi recompensatio, alioquin numquam me fateor plenum ius accepisse. quod et factum est, et ditata multum ab imperatore recessit.

8 DE THERMIS.

Therme dicuntur palatia magna habentia maximas cryptas sub terra, in quibus tempore hyemali fiebat ignis per totum, estivo vero aquis frigidis implebantur, ut curia in superioribus manens delectaretur, quod in thermis Diocletiani videri potest ante sanctam Susannam. sunt igitur therme Domitiane; Olympiades ad sanctum Laurentium in Panisperna; Novatiane; Tiberiane retro sanctam Susannam; Diocletiane, Lucanne, Antoniane, Machinnane, Agrippe

§ 8. *Gr. p. 158, 6. Montf. p. 285, 30. Alb. p. 17, 7*
14 *post* terra *G addit* agrippine ubi est ecclesia sancte agnetis ubi virgilius captus a romanis invisibiliter ivit neapolim allexandriae et novitate 21 noviciane *C*

Digitized by Google

retro sanctam Mariam rotundam, Alexandrine ubi est hospitale de thermis.

DE THEATRIS. 9

Theatra sunt ista: theatrum Titi et Vespasiani ad catacumbas; theatrum Tarquinii imperatoris ad Septem solia; theatrum Pompeii ad sanctum Laurentium in Damasso; theatrum Antonini iuxta pontem Antonini; theatrum Alexandri iuxta sanctam Mariam rotundam; theatrum Neronis iuxta castellum Crescentii, et theatrum Flamineum.

DE CIMITERIIS. 10

Cimiteria ista sunt: cimiterium Calepodii ad sanctum Pancratium; cimiterium sancte Agathe ad Girolum; cimiterium Ursi

§ 9. *Gr. p. 159, 3. Montf. p. 286, 4. Alb. p. 20, 4* 5 6 taranii *G* 7 sanctum Laurentium] Septem Laurum *Alb.* 7 8 in Damasso] extra muros *G* 8 9 pontem Antonini] pontem Judeorum *Gr.* 10 theatrum Neronis] Ciceronis *C Alb.* 10 11 iuxta castellum Crescentii] iuxta monumentum Adriani imperatoris *Gr.* 11 12 flammeum *G* 12 *post* Flamineum *G addit* nota sicud legitur in cronicis martini tempore augusti cesaris fuerunt rome nonagies 30000· 28· milia civium.

§. 10. *Gr. p. 160, 23. 161, 4. Montf. p. 286, 10. Alb. p. 29, 1.* 14 15 calopodium *G* 16 girulum *C*, cirolium *G*

Digitized by Google

(10) ad portesam; cimiterium sancti Felicis; cimiterium Callixti iuxta catacumbas ad sanctum Fabianum et Sebastianum; cimiterium Pretextati iuxta portam Appiam ad sanctum Apollinarem; cimiterium Gordiani foris portam Latinam; cimiterium inter duas lauros ad sanctam Helenam; cimiterium ad Ursum pileatum prope sanctam Vivianam; cimiterium in agro Verano prope sanctum Laurentium foris muros; cimiterium sancte Agnetis; cimiterium ad nympha beati Petri; cimiterium Priscille ad pontem Salarium; cimiterium ad clivum Cucumeris; cimiterium Trasonis ad sanctum Saturninum; cimiterium sancte Felicitatis prope cimiterium Calixti; cimiterium sancti Marcelli via Salaria vetere; cimiterium Bagya via Ardeatina; cimiterium Jnnocentum ad sanctum Paulum; cimiterium Pontianum; cimiterium sanctarum Hermetis et Domitille; cimiterium sancti Cyriaci via Ostiensi: ista cimiteria erant subterranea, que quandoque

2 3 ad sanctum Fabianum et Sebastianum *ex G desumpta* 4 pretestati *G Alb.*, *post* Pretextati *G add.* domine quo vadis || iuxta] intus *C G Gr. Visc.* 5 apollinarium *C* || Gordiani] cardianum *Alb.* 8 pillearum *C*, pileatium *G* || Vivianam] bibianam *Gr.*, bivianam *C*, balbinam *G* 9 agris verarium *G* 14 tonsonis *Alb.*, trastonis *vel* trasconis *G*, transonis *Visc.*

Digitized by Google

distendebantur per tria milliaria, ubi sancti martyres abscondebantur.

DE COLVMNA ANTONINI ET TRAIANI. 11

Columna Antonini Coclidis habet in altum pedes CLXXV, gradus num. CCIII, fenestras XLV. columna Traiana Coclidis habet in altum pedes CXXXVIII, gradus num. CLXXXV, fenestras XLV. colossus amphitheatri habet in altum pedes submissales CVIII.

In Roma fuerunt equi erei magni et deaurati XXV, equi aurei LXXX, equi eburnei LXXIIII, tauri, griffones, pavones et aliarum ymaginum multitudo, quarum plurima preciositas videbatur inmensis, ut homines ad eandem venientes de eius pulcritudine merito mirarentur.

§ 11, 4–10 *Gr. p. 161, 5. Montf. p. 290, 18. Alb. p. 36, 1.* 7 CXXXVIII] CXXX *Gr.* 8 CLXXXV] CLXX *Gr.* 8 9 colossus amphitheatri] *sic Gr.*, coliseum amphitheatrum *A*, coliseus *Montf.*, coloseus *C* 11–17 *e codicibus D E desumpta* 12 XXV] XXII *E* 13 LXXIIII] LXXXIIII *E* || *post* LXXIIII *E add.* latrine publice C. XL. IIII. cloace L

Digitized by Google

12 DE LOCIS PASSIONVM SANCTORVM.

Hec sunt loca que inveniuntur in passionibus sanctorum. foris portam Appiam, ubi beatus Xistus decollatus est, et ubi dominus apparuit Petro dicenti: domine quo vadis? ubi fuit templum Martis. intus portam arcus Stille. inde regio Fasciolae ad sanctum Nereum. vicus Canarius ad sanctum Georgium, ubi fuit domus Lucille, et est ibi velum aureum. aqua Salvia ad sanctum Anastasium, ubi decollatus fuit sanctus Paulus. ibi dixit capud ter: Jesus, Jesus, Jesus, saltando, ubi adhuc tres fontes emanant diversi in sapore. hortus Lucille, ubi est ecclesia beati Pauli et ibi requiescit. Jnterlude, id est inter duos ludos. clivus Scauri, qui est inter amphitheatrum et stadium ante Septem solia; ibi est cloaca, ubi iactatus fuit sanctus Sebastianus, qui revelavit corpus suum

§§ 12. 13. *Gr. p. 159, 7. Montf. p. 286, 28. Alb. p. 22, 5.* 4 syxtus *F*, sextus *G* 5 dicenti] *sic F*, et dixit ei *C* 7 Stille] stelle *C Gr.*, alle *G* 8 carnarius *Gr.*, caruar *G* 9 ubi fuit domus Lucille] ubi est domus Lucilli *Gr.* 10 selvia *G* 12–14 ibi dixit — sapore *ex G desumpta* 14 15 Lucine *Gr.* 15 Pauli] petri *C* 16 interludere *Gr.* 17 *ante* clivus *C Gr. add.* id est ‖ cauri *Ç* 18 septa solis *Gr.*

Digitized by Google

sancte Lucine, dicens: invenies corpus meum pendens in gumfo, via Cornelia per pontem Milvium et exiit in stratam, via Aurelia iuxta Girolum. gradus Eliogabali 13 in introitu palatii, et insula cathenata post sanctam Trinitatem. arcus Stille ante Septem solia. arcus Romanus inter Aventinum et Albiston, ubi beatus Silvester et Constantinus osculati sunt, et diviserunt se ad invicem. in Tellure, id est Cannapara, ubi fuit domus Telluris. privata Mamertini, ante Martem sub Capitolium. vicus Latericii ad sanctam Praxedem, vicus Patricii ad sanctam Pudentianam. basilica

2 gumfo] gaipho id est in uncino *Gr.*, unco *B*, gumpho *C*, gilpho *G*, gumito *Alb. not.* 2–3 via Cornelia — stratam] via cornelia, que prope pontem milvium exit in stratam *Alb. not.* 4 Aurelia] cornelia *B G* 5 cathenata] catemitana *Gr.* ‖ *post* cathenata *G addit* cum papa est in urbe in nativitate christi primam missam celebrat in laterana, secundam ad mariam mayorem, tertiam ad sanctum petrum iuxta sanctum petrum, ubi est mons mius tra (?) iuxta montem aventinum est mons testarum ubi ludus est in carnis primo in urbe iuxta turrim comitis in ecclesia sancti nycolay est columpna adriani, iuxta sanctum laurencium in lucina est columpna antonii imperatoris, ad sanctam trinitatem est arcus stillans. 6 7 Stille ante Septem solia] stillans post septa solis *Gr.* 6 Stille ante] stellans inter *C* 7 arcus Romanus] arcus aventinus *Gr.* 10 11 canapeys *G* 12–14 vicus Latericii — Pudentianam] vicus laterani ad sanctam trinitatem, vicus patricii ad sanctam trinitatem, vicus patricii ad sanctam potencianam *G* 14 podencianam *C*

Digitized by Google

(13) Jovis ad sanctum Quiricum. therme Olympiadis, ubi assatus fuit beatus Laurentius in Panisperna. palatium tyberianum Traiani, ubi Decius et Valerianus recesserunt mortuo sancto Laurentio, ubi dicitur therme de Cormitis. circus Flamineus ad pontem Judeorum in Transtiberim. templum Ravennatium, effundens oleum, ubi est sancta Maria in Transtiberim.

14 DE VATICANO ET AGVLIO.

Jnfra palatium Neronianum est templum Apollinis, quod nunc dicitur sancta Petronilla, ante quod est basilica que vocatur Vaticanum, ex mirifico musibo, laqueata auro et vitro. ideo dicitur Vaticanum, quia vates id est sacerdotes canebant ibi sua officia ante templum Apollinis, et idcirco tota illa pars ecclesie sancti Petri Vaticanum vocatur. ibique est aliud templum, quod fuit erarium Neronis, ubi nunc est ecclesia sancti Andree; iuxta quod est

1 Quiricum] quiritium *Montf.*, crucem *G* 6 flammineus *C*, flammeus *G* § 14. *Gr. p. 161, 9. Montf. p. 287, 23. Alb. p. 46, 16.* 13 petronelia *G* 16 id est] et *Alb.* 18 illa *om. Alb.* 20 erarium] vestiarium *C G Gr.* || *post* Neronis *G addit* imperatoris angluilla s. splendide.

Digitized by Google

memoria Cesaris, id est agulia, ubi splendide cinis eius in suo sarcofago, id est aureo malo requiescit; ut sicut eo vivente totus mundus ei subiectus fuit, ita et eo mortuo usque in finem seculi subicietur. cuius memoria inferius ornata fuit tabulis ereis et deauratis litteris latinis decenter depicta; superius vero ad malum, ubi requiescit, auro et pretiosis lapidibus decoratur, ubi scriptum erat: (14)

Cesar tantus eras quantus et Orbis,
Sed nunc in modico clauderis antro.

Et hec memoria sacrata fuit suo more, sicut adhuc apparet et legitur. inferius vero grecis litteris ista carmina sunt descripta:

Si lapis est unus, dic qua fuit arte levatus,
Et si sunt plures, dic ubi contigui.

DE PINEA QVE STABAT IN ROMA. 15

Jn fastigio Pantheon, id est sancte Marie rotunde stabat pinea erea, que nunc est ante portam sancti Petri, que tota co-

1 Cesaris id est agulia] iulii imperatoris angluilla s. cinis *G* 2 3 id est aureo malo *om. Gr.* 7 latinis *om. Gr.* 13–18 Et — contigui *om. Gr.* 13–15 Et hec — descripta] in ipsa angluilla et cet. sunt littere grece ita dicentes *G* § 15. *Montf. p. 287, 37.*

Digitized by Google

operta fuit tabulis ereis et deauratis, ita quod a longe quasi mons aureus videbatur, cuius pulchritudo adhuc in parte cernitur.

16 DE TEMPLIS.

Ante palatium Alexandri fuere duo templa, Flore et Phebi. post palatium ubi nunc est concha fuit templum Bellone, ubi sculptum fuit:

Roma vetusta fui: sed nunc nova Roma vocabor
Eruta ruderibus culmen ad alta fero.

Ad concham Parrionis fuit templum Gnei Pompeii mire magnitudinis et pulchritudinis; monumentum vero illius, quod dicitur maius, tam decenter ornatum, fuit oraculum Apollinis. alia fuere oracula. ecclesia sancti Ursi fuit secretarium Neronis. in palatio Antonini templum divi Antonini iuxta sanctum Salvatorem ante sanctam Mariam in Aquiro. templum Elii Adriani et arcus Pietatis.

§ 16. *Gr. p. 165, 1. Montf. p. 292, 13. Alb. p. 55,* 7 5–6 fuere — palatium *om. Gr.* 15 maius tam] maurentum *Gr.*, maioretum *B* 19–21 *Gr. sic distinguit:* ante sanctam mariam in aquiro fuit templum helii adriani.

Digitized by Google

DE TEMPLO MARTIS. 17

Jn campo Martio fuit templum Martis, ubi eligebantur consules in kalendis Juliis, et morabantur usque in kalendas Januarii. si purus ille erat, qui electus erat consul, a crimine, confirmabatur ei consulatus. in hoc templo romani victores ponebant rostra navium, ex quibus efficiebantur opera ad spectaculum omnium gentium. iuxta Pantheon templum Minerve Calcidie, ubi adhuc apparent columne marmoree. post sanctum Marcum templum Apollinis. in Camilliano, ubi est sanctus Ciriacus, fuit templum Veste, in Calcarari templum Veneris, in monasterio domine Rose Castellum aureum, quod erat oraculum Jovis.

DE CAPITOLIO. 18

Capitolium ideo dicitur, quod fuit caput totius mundi, ubi consules et senatores morabantur ad gubernandum urbem et orbem, cuius facies cooperta erat muris altis et fir-

§ 17. *Gr. p. 165, 10. Montf. p. 288, 6. p. 292, 24. Alb. p. 57, 1.* 13 camillano *Alb.* || Ciriacus] quiricus *B* 16 Jovis] *sic B,* iunonis *Gr. Montf.* § 18. *Gr. p. 165, 20. Montf. p. 292, 33. Alb. p. 59, 1.*

Digitized by Google

(18) mis, diu super fastigium montis, vitro et auro undique coopertis, et miris operibus laqueatis. infra arcem palatium fuit miris operibus, auro et argento et ere et lapidibus pretiosis perornatum, ut esset spectaculum omnibus gentibus.

19 Templa quoque que infra arcem fuere, que ad memoriam ducere possunt sunt hec: in summitate arcis super porticum Crinorum fuit templum Jovis et Monete, sicut reperitur in marthilogio Ovidii de fastis. in partem fori templum Veste et Cesaris. ibi fuit cathedra pontificum paganorum, ubi senatores posuerunt Julium Cesarem sexta die infra mensem Martium. ex alia parte Capitolii supra Cannaparam templum Junonis. iuxta forum publicum templum Herculis, item in Tarpeio templum Asyli, ubi interfectus fuit Julius Cesar a senatu. in loco ubi nunc est sancta Maria fuerunt duo templa simul iuncta cum palatio, Phebi et Carmentis, ubi Octavianus imperator

5 6 spectaculum] *sic A Montf.*, speculum *Gr.* § 19 –§ 21, 27. *Gr. p. 165, 25. Montf. p. 293, 3. Alb. p. 59, 7.* 9 10 Crinorum] *sic C Montf.*, cinorum *A*, ciminarum *B* 11 Ovidii de fastis] *„librum Ovidii de fastis insulse martyrologium vocat, quia ibi perinde atque in martyrologio iduum, nonarum et kalend. mentio.“ Montf.* 15 sexta die] sex dies *B* 18 asyli] solis *B*

Digitized by Google

vidit visionem in celo. iuxta Camellariam templum Jani, qui erat custos Capitolii: ideo dicebatur aureum Capitolium, quia prae omnibus regnis totius mundi pollebat sapientia et decore. palatium Traiani et Adriani pene totum lapidibus constructum, et miris operibus perornatum, diversis coloribus laqueatum, ubi est columna mire altitudinis et pulchritudinis cum celaturis historiarum horum imperatorum, sicut columna Antonini in palatio suo: ex una parte fuit templum divi Traiani, ex alia divi Adriani. in clivo argentarii templum Concordie et Saturni. in insula templum Bacchi, in fine huius insule argentarie templum Vespasiani, in clivo sancte Marie in campo templum Titi; ubi est sanctus Basilius templum Carmentis. infra hunc terminum fuit palatium cum duobus foris Nerve, cum templo suo divi Nerve, cum maiori foro Traiani, ante fores cuius templum Sospite dee. ubi est sanctus Quiricus templum Jovis. in muro sancti Basilii fuit magna tabula infixa, ubi fuit amicitia scripta in loco bono et notabili, que fuit inter Romanos et Judeos tempore Jude Machabei.

Digitized by Google

(21) Ante privatam custodiam Mamertini templum Martis, ubi nunc iacet simulacrum eius. iuxta eum templum Fatale in sancta Martina. iuxta semitam publicam templum Fabiorum. post sanctum Sergium templum Concordie, ante quod arcus triumphalis, unde erat ascensus in Capitolium iuxta erarium publicum, quod erat templum Saturni.

22 Ex alia parte fuit arcus miris lapidibus tabulatus, in quo fuit historia, qualiter milites accipiebant a senatu donativa sua per sacellarium qui administrabat hec, que omnia pensabat in statera, antequam darentur militibus: ideo vocatur Salvator de statera.

Jn Cannapara templum Cereris et Telluris, cuius atrium duabus domibus ornatur, per circuitum porticibus columnatis, ut quicumque ibi sederet ad iudicium undique videretur. iuxta eam domum fuit palatium Catiline, ubi fuit ecclesia sancti

§ 21, 1–9. *Gr. p. 166, 22. Montf. p. 293, 32. Alb. p. 66, 4.* 1 custodiam *om. Gr.* 3 in] id est *C* 4 *post* Martina *C addit:* iuxta quod est templum refugium, id est sanctus Adrianus, prope aliud templum Fatale. || semitam] *sic Alb.*, privatam *A Montf.* § 22, 10–16 *Montf. p. 293, 38. Alb. p. 67, 6.* 17–p. 21, 9 *Gr. p. 166, 25. Montf. p. 294, 3.* 22 cateline *C*

Digitized by Google

Antonii, iuxta quam est locus, qui dicitur infernus, eo quod antiquo tempore ibi eructabat et magnam perniciem Rome inferebat: unde quidam nobilis miles, ut liberaretur civitas responso suorum deorum, armatus proiecit se, et clausa est terra: sic civitas liberata est. ibi est templum Veste, ubi dicitur inferius draconem cubare, sicut legimus in vita sancti Silvestri. est ibi templum Palladis et forum Cesaris et templum Jani, qui praevidet annum in principio et in fine, sicut dicit Ovidius in fastis; nunc autem dicitur turris Cencii Frangapanis. templum Minerve cum arcu coniunctum est ei, nunc autem vocatur sanctus Laurentius de Mirandi. iuxta eum sancti Cosmatis ecclesia, qui fuit templum Asyli. retro fuit templum Pacis et Latone, superius templum Romuli. post sanctam Mariam novam duo templa Concordie et Pietatis. iuxta arcum septem lucernarum templum Esculapii: ideo dicitur Cartularium, quia fuit ibi bibliotheca publica, de quibus XXVIII fuere in urbe. superius vero fuit templum Palladis et templum Junonis.

(22) 23

1 Antonini *Gr.* 4 unde quidam nobilis miles] ubi marcus circius *Gr.* 5 deorum *om. Gr.* 14 fralapanis *C* 17 comatis *Gr.* 19 superius] *sic Gr.*, *erat* super idem

Digitized by Google

24 Jnfra palatium est templum Juliani, in fronte palatii templum Solis. in eodem palatio templum Jovis, quod vocatur Casa maior. ubi est sanctus Cesarius fuit auguratorium Cesaris. ante Coliseum templum Solis, ubi fiebant cerimonie simulacro, quod stabat in fastigio Colisei, habens in capite coronam auream gemmis ornatam, cuius caput et manus nunc sunt ante Lateranum. Septisolium fuit templum Solis et Lune, ante quod fuit templum Fortune. sancta Balbina fuit mutatorium Cesaris, ubi fuere therme Severiane et Commodiane. ubi est sanctus Saba fuit ara Apollinis et Splenis. circus Prisci Tarquinii fuit mire pulchritudinis, quia ita erat gradatus, quod nemo Romanus offendebat alterum in visu ludi; in summitate erant arcus, qui fuerunt per circuitum vitro et fulvo auro laqueati.

§ 24. *Gr. p. 167, 6. Montf. p. 294, 24. Alb. p. 71, 3.* 5 coloseum *C* 7 colosei *C* 10 septizonium *C* 11 ante quod fuit templum Fortune] mire pulcritudinis et altitudinis. habebat ordines columpnarum unum super alium, unde ouidius: regia solis erat sublimis alta columpnis. *D* 18–15 ubi fuere — Splenis] ibi fuit candelabrum factum de lapide albeston, qui semel accensus et sub divo positus, nunquam aliqua ratione extinguebatur. ibi etiam ymago domini post altare, divinitus depicta iuxta eam figuram qua dominus fuit in carne. qui locus ideo dicitur albesta, quia ibi fiebant albe stole imperatorum. *Gr.*

Digitized by Google

superius erant domus palatii in circuitu, (24)
ubi sedebant femine ad videndum ludum
XIIII kalendis Maii, quando fiebat ludus.
in medio erant due agulie; minor habebat
octuaginta septem pedes, set maior CXXII.
in summitate triumphalis arcus, qui est in
capite, stabat quidam equus ereus et de-
auratus, qui videbatur facere impetum, ac
si miles vellet currere equum. in alio arcu,
qui est in fine, stabat alius equus ereus et
deauratus similiter. hi portati sunt a Con-
stantino imperatore cum omni ornatu facto
ex ere in Constantinopolim, Damasco et
Alexandria. in altitudine palatii erant se-
des imperatoris et regine, unde videbant
ludum.

Jn Celio monte templum Scipionis ante 25
thermas Maximianas, ubi fuere due conche
et duo templa Ysidis et Serapis. in or-
phanotrophio templum Apollinis. in palatio
Laterani sunt quedam miranda set non
scribenda. in palatio Susurriano fuit tem-
plum Herculis. in Exquilino monte fuit

7 eques *Alb.* 10 eques *Alb.* 11–14 hi portati — Alexandria *ex Gr. desumpta* § 25. *Gr. p. 167, 27. p. 169, 4–12. Montf. p. 295, 4. Alb. p. 73, 7.* 18 conche] carceres *C* 19 hysidis *C* 20 21 in palatio Laterani] in palatio neronis, quod ex latere et rana dicis lateranum *Gr.*

Digitized by Google

templum Marii, quod nunc vocatur Cimbrum, eo quod vicit Cimbros. in palatio Licinii templum Honoris et Diane. ubi est sancta Maria maior fuit templum Cibeles. ubi est sanctus Petrus ad vincula fuit templum Veneris. ad sanctam Mariam in fontana templum Fauni, quod simulacrum locutum est Juliano, et decepit eum. in palatio Domitiani quatuor templa fuerunt, Asclepii et Saturni, Martis et Apollinis, que nunc vocantur modii. in capite Trivii fuit templum Veneris, ubi hactenus dicitur ortus Veneris. in palatio Tiberii templum deorum. in Jlio monte fuit templum Jovis et Diane, quod nunc vocatur mensa imperatoris, super palatium Constantini. ibi in palatio fuit templum Saturni et Bacchi, ubi nunc iacent simulacra eorum. ibi iuxta sunt caballi marmorei. in thermis Olimpiadis, ubi fuit assatus beatus Laurentius, fuit templum Apollinis. ante palatium Traiani, ubi nunc fores palatii permanent, fuit templum.

(25) 26

1 martii *G* 1 2 syrabrum *G* 2 syrabras *G* 4 Maria maior] maria ad presepe *Gr.* 4 5 cibiles *C* § 26. *Montf. p. 295, 13. Alb. p. 74, 4.* 9 Domitiani] diocleciani *C*

Digitized by Google

Jn Aventino fuit templum Mercurii, 27
aspiciens in circo, et templum Palladis et
fons Mercurii, ubi mercatores accipiebant
responsa. ad arcum stadii domus Aurelie
Auristille, ex una parte templum Mecena-
tis, ex alia parte templum Jovis.

Juxta scholam grecam fuit palatium
Lentuli; ex alia parte, ubi nunc est turris
Centii de Orrigo, fuit templum Bacchi.
ad gradellas fuit templum Solis. sanctus
Stephanus rotundus fuit templum Fauni.
in elephanto templum Sibille et templum
Ciceronis, ubi nunc est domus filiorum
Petri Leonis. ibi est carcer Tullianus,
ubi est ecclesia sancti Nicholai: ibi iuxta
templum Jovis, ubi fuit pergula aurea, et
templum Severianum ubi est sanctus An-
gelus. ad velum aureum templum Minerve. 28
in ponte Judeorum templum Fauni. ad
caccavarios templum Craticule. ad pon-
tem Antoninum arcus Antonini, ubi nunc
est sancta Maria in Cataneo. ad sanctum

§§ 27. 28. *Gr. p. 170, 9. Montf. p. 295, 25. Alb. p. 75, 9.* 8 Lentuli] lentis *Gr.* 10 gradellas] gendellas *Gr.* 12 eleniphanto *G* || Sibille] cybele *G* 13–15 ubi — iuxta] *sic Gr., erat* in-Tulliano et 16–18 et templum — Angelus] et ibi erat templum saturni ad sanctum georgium *G* 18 velum] vellus *Gr.* 20 graticule *G* 21 circus Antonii *C* 22 Cataneo] caterino *C*, kathincio *G*

Digitized by Google

(28) Stephanum in piscina palatium Cromatii prefecti. templum quod dicebatur olovitreum, totum factum ex cristallo et auro per artem magicam, ubi erat astronomia cum omnibus signis celi, quod destruxit sanctus Sebastianus cum Tiburtio filio Cromatii.

29 DE COLOSEO.

Coloseum fuit templum Solis mire magnitudinis et pulcritudinis, diversis camerulis adaptatum. quod totum erat cohopertum ereo celo et deaurato, ubi tonitrua, fulgura et coruscationes fiebant, et per subtiles fistulas pluvie mittebantur. erant preterea ibi signa supercelestia et planete Sol et Luna, que quadrigiis propriis ducebantur. in medio vero Phebus, hoc est deus solis manebat, qui pedes tenens in terram cum capite celum tangebat, qui pallam tenebat in manu, innuens quod Roma totum mundum regebat.

1 chromancii *C*, crumerii *G* 4 magicam] *sic Montf.*, mechanicam *Gr.*, mathematicam *A*, maycam *G* 7 gromacii *C* §§ 29. 30 *e codicibus BDFG desumpta.* 20 pallam] *sic D*, pilam *BF* 21 Roma] romani *B* || regebat] gerebant *B*

Digitized by Google

Post vero temporis spatium beatus Sil- 30
vester iussit ipsum templum destrui et
alia palatia, ut oratores, qui Romam veni-
rent, non per hedificia profana irent, set
per ecclesias cum devotione transirent.
caput vero et manus predicti ydoli ante
palatium suum in Laterano in memoria
poni fecit, quod modo palla Samsonis falso
vocatur a vulgo. ante vero Coliseum fuit
templum, in quo fiebant cerimonie predicto
simulacro.

Jn paradiso sancti Petri est cantarum, 31
quod fecit Simmachus papa columnis por-
fireticis ornatum, atque tabulis marmoreis
cum griffonibus connexe, pretioso celo ereo
cooperte, cum floribus et delfinis ereis et
deauratis, aquas fundentibus. in medio
cantari est pinea erea, que fuit coopertо-
rium cum simo ereo et deaurato super
statuam Cibeles, matris deorum, in fora-
mine Pantheon. in quam pineam subter-

3 palatia] *sic G*, plura *B D* 4 profana] *sic G*, vel fana *D*, vel phana *B F* . 8 modo palla Samsonis] *sic D F*, modo palla suasionis(?) *G*, miraculo *B* 9–11 ante — simulacro *e codice D desumpta* § 31. *Gr. p. 161, 25. Montf. p. 291, 6. Alb. p. 49, 12.* 12 cantarum] *sic C Gr.*, cantar *Alb.*, conthaurum *G* 13 simachus *C* 15 gafonibus *Gr.* 18 conthauri *G* || pinea] thina *G* 19 simo] sinio *Alb.*, sinno *G* 20 ciuiles *C* 21 in qua tyna *G*

Digitized by Google

(31) ranea fistula plumbea subministrabat aquam ex forma Sabbatina, quae toto tempore plenam prebebat aquam per foramina ad nutum omnibus indigentibus ea; et per subterraneam fistulam quedam pars fluebat ad balneum imperatoris et iuxta aguliam.

32 Jn naumachia est sepulcrum Romuli, quod vocatur Meta sancti Petri, que fuit miro lapide tabulata, ex quibus factum est pavimentum paradisi et graduum sancti Petri. habuit circa se plateam Tyburtinam xx pedum cum cloaca et florali suo. circa se habuit Tyburtinum Neronis tante pulchritudinis et altitudinis quantum castellum Adriani quod dicitur Angeli, miro lapide tabulata, ex quibus opus graduum et paradisi peractum fuit: quod edificium rotundum fuit duobus gironibus sicut castrum, quorum labia erant cooperta tabulis lapideis pro stillicidiis, iuxta quod fuit crucifixus beatus Petrus apostolus.

2 sablatina *Gr.* 3 *A* ad nutum] *sic G*, nucum *Alb.* 6 et iuxta aguliam] iuxta mausoleum cesaris *Gr.* ‖ angluillam *G* § 32. *Gr. p. 162, 7. Montf. p. 291, 17. Alb. p. 51, 2.* 8 Meta] *sic A*, meda *Montf.*, metel *Gr.*, sancti Petri *ex G desumpta* 12 florali *Gr.* 13 Tyburtinum] terbentinum *C*, terebinta *Gr.*, terebinthum *G* 14 15 castellum] monumentum *Gr.* 15 quod dicitur Angeli *ex G desumpta* 18 castrum] monumentum *Gr.*

Digitized by Google

Est et castellum quod fuit templum Adriani, sicut legimus in sermone festivitatis sancti Petri, ubi dicit: memoria Adriani imperatoris mire magnitudinis templum constructum, quod totum lapidibus est coopertum et diversis historiis perornatum, in circuitu vero cancellis ereis circumseptum, cum pavonibus aureis et tauro, ex quibus fuerunt duo qui sunt in cantaro paradisi. in quatuor partes templi fuere quatuor caballi erei deaurati, in unaquaque fronte porte eree, in medio giro sepulchrum Adriani porfireticum, quod nunc est Lateranis, in quo sepultus est Jnnocentius papa II, cuius coopertorium in paradiso sancti Petri super sepulchrum prefecti, inferius autem porte eree, sicut nunc apparent. Jn monumento vero porfiretico beate Helene sepultus est Anastasius IIII papa.

Hec monumenta que diximus omnia pro templis dedicata erant, ad que con-

§ 33. *Gr. p. 162, 17. Montf. p. 291, 26. Alb. p. 52, 12.* 10 cantario *Gr.* 12 caballi] equi *Gr.* 15–16 in quo — cuius] ante folloniam *C* 16 II *nonnisi in Gr. legitur.* 15 16 *Jnnocentius papa II sedit 1129—1143.* 17 prefacti *Gr.* 19–20 Jn — papa *nonnisi in Gr. leguntur.* 20 *Anastasius IV sedit 1153—1154*

Digitized by Google

fluebant romane virgines cum votis, sicut dixit Ovidius in libro fastorum.

34 DE AVGVSTO.

Ad portam Flamineam fecit Octavianus quoddam castellum, quod vocatur Augustum, ubi sepelirentur imperatores, quod tabulatum fuit diversis lapidibus. intus in girum est concavum. per occultas vias in inferiori giro sunt sepulture imperatorum. in unaquaque sepultura sunt littere ita dicentes: hec sunt ossa, cinis nerveque imperatorum, et victoriae quas fecerunt. ante quod stabat statua dei sui, sicut in aliis omnibus sepulchris. in medio sepulchrorum est absida, ubi sepe sedebat Octavianus, ibique erant sacerdotes facientes suas cerimonias. de omnibus regnis totius orbis iussit venire unam cirothecam plenam terra, quam posuit super templum, ut esset in memoriam omnibus gentibus Romam ve-

§ 34. *Gr. p. 163, 5. Montf. p. 291, 39. Alb. p. 54, 3.*
3 De Augusto] *sic D, om. reliqui* 4 flammineam *C* 5 6 augustus *C*, augustorum *Gr.* 10 unaquaque] *sic C Gr.*, utraque *A* 11 nerveque] *sic G, legebatur* Nerve 15 absidia *C* 17 querimonias *C*

Digitized by Google

nientibus. et monarcha fuit et rempublicam ampliavit.

Temporibus sancti Silvestri pape fecit 35
Constantinus Augustus basilicam Lateranensem quam decenter ornavit. posuit ibi archam testamenti, quam Titus asportaverat de Jerusalem et multa milia Judeorum et candelabrum aureum cum septem infusoriis lucernis. in qua archa sunt hec: ani aurei, mures aurei, tabule testamenti, virga Aaron, manna, panes ordeacei, urna aurea, vestis inconsutilis, harundo et vestimentum sancti Johannis Baptiste et forcipes unde tonsus fuit sanctus Johannes Evangelista. desuper quoque posuit ciborium cum columpnis porphireticis. et posuit ibi quatuor columpnas ereas deauratas, quas de campo Martis adduxerant in Capitolium antiqui consules, et posuerunt eas in templo Jovis. fecit etiam temporibus 36
predicti pape ex rogatu ipsius basilicam Petro apostolo ante templum Apollinis in Vaticano. cuius fundamentum ipse imperator primus fodit et asportavit inde XII cophinos ad honorem XII apostolorum. cuius corpus ita reconditur. loculum ex

1–2 et — ampliavit *e codice D desumpta.*
§§ 35. 36 *e codice E desumpta. cf. Gr. p. 160, 5–15.*

Digitized by Google

(36) omni parte ex ere et cupro conclusit, qui est immobilis. ad caput pedes V, ad pedes pedes V, ad latus dextrum pedes V, ad sinistrum V, supter pedes V, supra pedes V. sic inclusit corpus beati Petri, et ornavit superius altare ex fulvo auro archam. et fecit ciborium ex columpnis porphireticis et auro mundissimo. posuit ibi ante altare XII columpnas vitrineas (?) quas de Grecia adduxerat, que fuerunt de templo Apollinis Troie (?). posuit etiam super corpus beati Petri apostoli crucem ex auro puro, habentem CL libras. in qua erat scriptum: Constantinus Augustus et Helena Augusta. fecit et basilicam beato Paulo apostolo via Hostiensi, et recondidit corpus eius in ere et cupro sicut corpus beati Petri. imperator vero postquam christianus effectus est et has ecclesias fecit, donavit beato Silvestro frigium, equos albos et omnia imperialia que ad honorem et dignitatem romani imperii pertinebant. et ivit Bizantium: cum quo ivit papa ita ornatus usque ad arcum romanum. ibique amplexati sunt se et dederunt oscula, et sic diviserunt se.

Digitized by Google

DE VISIONE OCTAVIANI IMPERATORIS ET RESPONSIONE SIBILLE. 37

Tempore Octaviani imperatoris senatores videntes eum tante pulchritudinis, quod nemo in oculos eius intueri poterat, et tante prosperitatis et pacis, quod totum mundum sibi tributarium fecerat, dicunt: te adorare volumus, quia deitas est in te: si hoc non esset, non tibi omnia essent prospera. qui renitens indutias postulavit, ad se sibillam Tyburtinam vocavit, cui quod senatores dixerant recitavit. que spatium trium dierum petiit, in quibus artum ieiunium operata est. post tertium diem respondit imperatori: hoc pro certo erit, domine imperator,

Judicii signum tellus sudore madescet,
E celo rex adveniet per secla futurus,
Scilicet in carne presens, ut iudicet orbem,

et cetera que sequuntur. ilico apertum est celum, et nimius splendor irruit super eum. vidit in celo quandam pulcherrimam virginem stantem super altare, puerum te-

§ 37. *Gr. p. 165, 30. Alb. p. 31, 1.* 1 visione] *sic A*, iussione *Alb.*

Digitized by Google

(37) nentem in brachiis. miratus est nimis, et vocem de celo audivit dicentem: hec virgo conceptura est salvatorem mundi. rursumque aliam vocem de celo audivit: hec cara filia dei est. qui statim in terram procidens adoravit Christum venturum. hanc visionem retulit senatoribus, et ipsi mirati sunt nimis. hec visio fuit in camera Octaviani imperatoris, ubi nunc est ecclesia sancte Marie in Capitolio, ubi sunt fratres minores. idcirco dicta est sancta Maria in ara celi.

Alia vero die, cum populus dominum illum vocare decrevisset, statim manu et vultu repressit. nec etiam a filiis suis dominum se appellari permisit, dicens:

Cum sim mortalis dominum me dicere nolo.

38 DE CABALLIS MARMOREIS IN ROMA.

Caballi marmorei ad quid facti fuerunt

1–3 et vocem — mundi *ex Gr. desumpta.* 4–5 hec cara filia dei est] *sic G,* hec ara filii dei est *Alb.* 6 Christum venturum] *sic G, om. Alb.* || hanc] quam *Alb.* 8–12 hec visio — ara celi *om. Gr.* 10–11 ubi sunt fratres minores] *sic G, om. Alb.* 13–18 Alia vero die — dicere nolo *ex Gr. p. 166, 17–21 desumpta.* § 38. *Gr. p. 169, 12. Montf. p. 289, 7. Alb. p. 32, 8.* 19 caballis] equis *B* 20 caballi] equi *B*

Digitized by Google

nudi et homines nudi audi, et quid nun- (38)
cient, et quid sit quod ante caballos que-
dam femina serpentibus circumdata sedet,
habens concham ante se. temporibus im-
peratoris Tiberii venerunt Romam duo phi-
losophi iuvenes, Praxitelis et Fidia. quos
imperator cognoscens tante sapientie caros
in palatio suo habuit, et dixit eis: cur
nudi inceditis? qui respondentes dixerunt:
quia omnia nuda et aperta sunt nobis, et
pro nihilo mundum tenemus, idcirco nudi
incedimus et nihil possidemus; quia tu
quicquid, domine imperator, nobis absen-
tibus in die vel in nocte in camera tua
conciliaris, dicemus tibi ad unum verbum.
quibus imperator ait: si facitis quod dixi-
stis, dabo vobis quicquid vultis. qui re-
spondentes dixerunt: nullam pecuniam, sed
nostram memoriam postulamus. veniente
altera die, per ordinem retulerunt impe-
ratori quicquid in illa nocte conciliatus
est; unde fecit eis promissam prelibatam
memoriam eorum sicut postulaverunt, equos
videlicet nudos, qui calcant terram, id est

1 audi *nonnisi in Gr. legitur.* 1 2 nuncient] numerent *Alb.* 6 praxitelus et fidia *C*, proxitelus et fibia *Gr.*, praxitellus et fidia *B*, prassi tellus et fidia *F* 11–12 idcirco — possidemus *ex Gr. desumpta.*

Digitized by Google

(38) potentes principes seculi, qui dominantur hominibus huius seculi: veniet rex potentissimus, qui ascendet super equos, id est super potentiam principum huius seculi. in hoc seminudi, qui stant iuxta equos, et altis brachiis et replicatis digitis nunciant ea que futura sunt, et sicut ipsi sunt nudi, ita omnis mundalis scientia nuda et aperta est mentibus eorum. femina circumdata serpentibus, sedens et habens concham ante se, significat ecclesiam, multis scripturarum voluminibus circumdatam, quam quicumque audire voluerit non poterit, nisi prius lavetur in concha illa, id est baptisetur.

39 QVARE FACTVS SIT EQVVS QVI DICITVR CONSTANTINI.

Laterani est quidam caballus ereus qui dicitur Constantini. sed non est ita, quia

6 nunciant] numerant *Alb.* 7 futura sunt] *sic Gr.*, *erat* futura erant 11–12 ecclesiam — circumdatam] *sic Montf.*, signat predicatores qui predicabunt eam *Gr.*, predicatores significat qui predicant eam *B*, predicatores qui predicabunt eam *A*, predicatores qui predicaverunt ea *C* 14–15 id est baptisetur *nonnisi in Gr. leguntur.* §§ 39–41. *Gr. p. 168, 1. Montf. p. 296, 6. Alb. p. 37, 5.* 18 Laterani] in campo lateranensi *Gr.*, lateranis *A*

Digitized by Google

quicumque voluerit veritatem cognoscere (39)
hoc perlegat.

Tempore consulum et senatorum quidam rex potentissimus de orientis partibus in Jtaliam venit, ex parte Laterani Romam obsedit, multa strage et bello populum romanum afflixit. tunc quidam armiger magne forme et virtutis, audax et prudens surrexit, qui dixit consulibus et senatoribus: si esset qui liberaret vos de hac tribulatione, quid a senatu prómereretur? qui respondentes dixerunt ei, quicquid ipse poposcerit mox optinebit. qui ait eis: date mihi XXX milia sextertias, et memoriam victorie mihi facietis post peractum bellum, et optimum equum ereum deauratum. qui promiserunt se facturos quicquid ipse petierat. qui ait: media nocte surgite et omnes armamini, et state iuxta muros in specula, et quicquid vobis dixero facietis. et illi continuo fecerunt imperata. qui ascendit 40
equum sine sella et tulit falcem. per plurimas enim noctes viderat illum regem ad pedem cuiusdam arboris pro necessario

5 in Jtaliam venit] contra auream urbem veniens *Gr.* 18 XXX sexternos *Gr.*, 30 sextarios *G*, XXX sextarios boni auri *B*, XXXVI tercias *C* 19 iuxta] *sic G*, intra *Alb.* 24 pro necessario] pro necessario ventris *G*, ad requisita nature *Gr.*

Digitized by Google

(40) venire, in cuius adventu avis cocovaia, que in arbore sedebat, semper cantabat. ille vero exivit urbem et fecit herbam, quam in fascem religatam portabat ante se more scutiferi. qui statim ut audivit cocovaiam cantantem accessit propius, et ut cognovit illum regem venisse ad arborem, ivit contra eum, qui iam peregerat necessarium. socii qui erant cum rege putabant illum esse suorum, ceperunt clamare: cave te, rustice, ante regem; quia faciemus te suspendi si tetigeris ipsum. sed ille non dimittens propter eos, fingens se de loco abire, invexit se regi, qui erat parvissime persone, et pro fortitudine sua, illis omnibus spretis, vi arripuit regem et portavit eum.
41 mox cum venisset ad muros civitatis cepit clamare: exite foras, et interficite omnem exercitum regis, quia ecce ipsum teneo captivum. qui exeuntes alios interfecerunt,

1 cocobaia *Gr.*, coouagio *B*, cocovagia *F*, coconagia *G* 5 scuterii *C*, fatiferi *G* || cocovagiam *F*, coconagiam *G*, avem *Gr.* 7 arborem] secessum *Gr.* 10–12 cave te — ipsum] *sic F, legebatur* ut ipse auferret se de via ante regem 14 qui erat parvissime persone] *sic F, om. reliqui* 16 vi arripuit regem] irruit super regem, eumque apprehendens per capillos *Gr.*, vi sublevans posuit in vinculum *F* 17–20 cepit — captivum *om. Gr.*

Digitized by Google

alios in fugam miserunt, unde Romani innumerabile pondus auri et argenti habuerunt. sic gloriosi ad urbem redierunt, et quod predicto armigero promiserant persolverunt, XXX scilicet milia sextertias et equum ereum pro memoria deauratum et sine sella, ipso desuper residente, extenta manu dextera, qua ceperat regem: in capite equi memoriam cocovaiae, ad cuius cantum victoriam fecerat. ipsum quoque regem, qui parve state fuerat, retro ligatis manibus, sicuti eum ceperat, sub ungula equi memorialiter destinaverunt. (41)

QVARE FACTVM SIT PANTHEON. 42

Temporibus consulum et senatorum Agrippa prefectus subiugavit romano senatui Suevos, Saxones et alios occidentales populos cum quatuor legionibus. in cuius reversione tintinnabulum statue regni Persarum, que erat in Capitolio sonavit. in templo Jovis et Monete uniuscuiusque

1 2 inestimabile *C* 5 XXX sexternos *Gr.* 9 equi posuerunt cocouagiam *B* || cocobaie *Gr.*, coconagii *G* §§ 42–44. *Gr. p. 163, 19. Montf. p. 297, 10. Alb. p. 40, 11.* 14 de templo pantheon *Gr.* 17 Suevos] *sic G*, suevios *Alb.*, succinos *Gr.* || sassones *Gr.* 19 20 regni Persarum] *sic Gr., erat* Perside.

Digitized by Google

(42) regni totius orbis erat statua in Capitolio cum tintinnabulo ad collum: statim ut sonabat tintinnabulum tunc ymago illius provincie vertit dorsum contra, et cognoscebatur illud regnum esse rebelle: cuius tintinnabulum audiens sacerdos qui erat in specula in ebdomada sua, nuntiavit senatoribus: senatores autem hanc legationem prefecto Agrippe imposuerunt; qui praevidens non posse pati tantum negotium, tandem convictus petiit consilium trium dierum, in quorum termino quadam nocte ex nimio cogitatu obdormivit, apparuitque ei femina que ait ei: Agrippa quid agis? in magno cogitatu es. qui respondit ei: sum, domina. que dixit: confortare, et promitte mihi te templum facturum esse, quale tibi ostendo et dico tibi, si fueris victurus. qui ait: faciam, domina. que in illa visione ostendit ei templum in hunc
43 modum. qui dixit: domina, que es tu? que ait: ego sum Cibeles, mater deorum; fer libamina Neptuno, qui est magnus deus, ut te adiuvet. hoc templum fac dedicari ad honorem meum et Neptuni, quia tecum erimus et vinces. Agrippa vero surgens

3–4 tunc — contra *ex G desumpta.* 16 sum] etiam *Gr.* 22 cibiles *C* 23 magnus] marinus *Gr.*

Digitized by Google

letus, hoc recitavit in senatu, et cum magno (43)
apparatu manuum et navium et cum quinque legionibus ivit et vicit omnes Persas, et posuit eos annualiter sub tributo romani senatus. rediens Romam fecit hoc templum, et dedicari fecit ad honorem Cibeles matris deorum et Neptuni dei marini et omnium deorum: et posuit huic templo nomen Pantheon. ad honorem cuius Cibeles fecit statuam deauratam, quam posuit in fastigio templi super foramen, et cooperuit eam mirifico tegmine ereo deaurato. in huius autem templi fastigio stabant duo tauri erei deaurati.

Post multa vero tempora Bonifacius 44
papa tempore Foce imperatoris christiani, videns illud templum ita mirabile dedicatum ad honorem Cibeles, matris deorum, ante quod multotiens a demonibus Christiani percutiebantur, rogavit papa imperatorem, ut condonaret ei hoc templum, ut sicut in kalendis Novembris dedicatum fuit ad honorem Cibeles, matris deorum, sic illud dedicaret in kalendis Novembris ad honorem beate Marie semper virginis, que

6 cibiles *C* 7 dei marini *om. Gr.* 8 deorum] demoniorum *Gr.* 15 – p. 42, 12 *om. Gr.* 18 cibiles *C* 28 cibiles *C*

Digitized by Google

(44) est mater omnium sanctorum. quod Cesar ei concessit: et papa illud cum omni romano populo in die kalendis Novembris dedicavit, et statuit, ut in isto die romanus pontifex ibi celebraret missam, et populus accipiat corpus et sanguinem domini, sicut in die natalis domini: et in isto die omnes sancti cum matre sua Maria semper virgine et celestibus spiritibus habeant festivitatem, et defuncti habeant per ecclesias totius mundi sacrificium pro redemptione animarum suarum.

45 QVARE OCTAVIANVS VOCATVS SIT AVGVSTVS, ET QVARE DICATVR ECCLESIA SANCTI PETRI AD VINCVLA.

Jnterfecto Julio Cesare a senatu Octavianus eius nepos sumpsit imperium. contra quem Antonius eius cognatus, cuius baiulus post mortem Cesaris remanserat, nitebatur multo certamine ei auferre imperium: et repudiata Octaviani sorore duxit in uxorem Cleopatram reginam Egipti, potentissimam in auro et argento et lapidibus pretiosis et populo. cumque Antonius et Cleo-

§§ 45–49. *Alb. p. 43, 9.*

Digitized by Google

patra cum magno apparatu navium et po- (45)
puli contra Romam venire cepissent, hoc
Rome auditum est. Octavianus vero cum
ingenti apparatu ivit et aggressus est eos
ad Epirum: et sic orta est pugna. navis
regine que tota deaurata erat cepit decli-
nare. Antonius videns navem regine de-
clinare declinavit, quam insecutus est us-
que Alexandriam, quo irruit in ferrum et
mortuus est. Cleopatra autem videns se
conservatam pro triumpho, ornata auro et
lapidibus pretiosis voluit sua pulcritudine
Octavianum decipere, sed non potuit. vi- 46
dens se ita despectam, ita ornata intravit
mausoleum viri sui, et posuit ad mammil-
las duas ptisanas, quod est genus serpen-
tis, et ita suaviter suxerunt, quod obdor-
mivit et mortua est. Octavianus tulit inde
infinitam pecuniam ex illa victoria, et trium-
phavit Alexandriam et Egiptum et totam
regionem orientis, et ita victoriosus rever-
sus est Romam. et susceperunt eum se-
natores et omnis populus romanus cum
magno triumpho. et quia victoria ista fuit
in Sextilibus kalendis, posuerunt ei nomen
Augusti ab augendo rempublicam. et sta-
tuerunt ut omni anno in kalendis Augusti
tota civitas habeat festivitatem letitie illius

Digitized by Google

(46) prelibate victorie, ad honorem Octaviani Cesaris Augusti: et tota urbs floreat et gaudeat in tanta festivitate.

47 Hic ritus pervenit usque ad tempus Archadii viri Eudoxie. mortuo eius marito remansit cum filio suo Theodosio parvulo: que viriliter regebat imperium, ac si eius vir Archadius viveret. inspirata divino nutu et negotio reipublice ivit Jerosolimam, sepulchrum dei et alia sanctuaria visitavit. inter multa negotia reipublice comprovinciales detulerunt ei ingentia munera, inter que quidam Judeus attulit ei catenas beati Petri apostoli, quibus ligatus fuit ab Herode in carcere sub quatuor quaternionibus. quas ut vidit regina nimium letata est super omnia alia munera. cogitavit eas catenas non alibi poni in condigno loco, nisi ubi corpus beati Petri requiescit in pulvere. veniens autem Romam in kalendis Augusti, vidit illum antiquissimum ritum paganitatis a populo romano tam celeberrime fieri in Sextilibus kalendis, quem nullus pontificum removere potuit: aggressa est papam Pelagium et senatores et populum, quatenus hoc munus,

7 imperium] ipsum *C* 15 erode *Alb.*

Digitized by Google

quod petere vellet, ei concederetur. cui diligenter condonare promiserunt. regina 48
vero dixit: video vos tam sollicitos in Sextiles festivitates in honorem imperatoris mortui Octaviani, pro victoria quam fecit de Egiptiis, rogo vos ut mihi donetis honorem imperatoris mortui Octaviani ad honorem imperatoris celestis et apostoli eius Petri, cuius catenas ab Jerosolimis adduxi. et sicut ille liberavit nos ab egiptiaca servitute, ita iste imperator celestis liberet nos a servitute demonum. et volo facere ecclesiam ad honorem dei et beati Petri, ibique ponere catenas, quam ecclesiam dominus apostolicus dedicet in kalendis Augusti, et vocetur sanctus Petrus ad vincula, ubi dominus apostolicus annualiter in hac ecclesia missarum sollempnia celebret. et sicut beatus Petrus ab angelo solutus fuit, ita romanus populus a peccatis cum benedictione liberatus recedat. quod po- 49
pulus audiens gravissime suscepit, tandem rogatu pape et regine concessit. que fabricavit ecclesiam, quam dominus papa dedicavit in kalendis Augusti, sicut Eudoxia christianissima imperatrix proposuerat, ubi posuit catenas beati Petri prelibatas, et catenas beati Pauli neronianas, ut ibi po-

Digitized by Google

(49) pulus romanus in hoc die kalendarum Sextilium confluat et salutet catenas apostolorum Petri et Pauli.

50 QVOT SINT TEMPLA TRANSTYBERIM.

Transtyberim ubi nunc est sancta Maria fuit templum Ravennatium, ubi terra manavit oleum tempore Octaviani imperatoris; et fuit ibi domus meritoria, ubi merebantur milites, qui gratis serviebant in senatu. sub Janiculo templum Gorgonis. ad ripam fluminis, ubi naves morantur, templum Herculis. in piscina templum Fortune et Diane. in insula Licaonia templum Jovis et templum Esculapii, et corpus sancti Bartholomei apostoli. foris portam Appiam templum Martis et triumphalis arcus.

51 Hec et alia multa templa et palatia imperatorum, consulum, senatorum prefectorumque tempore paganorum in hac romana urbe fuere. sic in priscis annalibus

§§ 50. 51. *Gr. p. 170, 21. Alb. p. 78, 3.* 8 9 morabantur *Alb.* 11–13 ad ripam — Diane *om. Gr.* 13 Licaonia *om. Gr.* 14–15 et corpus — apostoli *ex Gr. desumpta* 15–17 foris — arcus *om. Gr.* 20 21 romana] aurea *Gr.*

Digitized by Google

legimus, et oculis nostris vidimus, et ab (51)
antiquis audivimus. quante essent pulchritudinis auri et argenti, heris et eboris, pretiosorumque lapidum scriptis ad posterorum memoriam quanto melius potuimus reducere curavimus.

Johannes Patricius senator urbis fecit 52
fieri ecclesiam sancte Mariae mayoris; similiter (?) et papa Liberius. quibus dormientibus una nocte apparuit domina Maria dicens: precipio vobis ut michi monasterium faciatis. mane ipsis convenientibus, habentes consilium de miraculo ipsis viso, uno sicud et reliquo, ut in honore beate Virginis ecclesiam dedicarent, venerunt nuncii qui dixerunt, nivem cecidisse in loco uno, tempore Magi. isti vero cognoverunt hoc miraculum, dedicaverunt hic ecclesiam. idcirco vocata est Maria mayor, quia in medio Mai cecidit nix.

Constantinus fecit, qui erat imperator, 53
adduci pueros infantes, in quorum sanguine debuit balneari secundum (?) phisi-

3 eris, heboris *Gr.* §§ 52–102 *e codice G desumpta.*

Digitized by Google

(53) cos et medicos, ut a lepra mundaretur. sed apostoli Petrus et Paulus de nocte sibi in sompnis apparuerunt, ut mitteret papa christianorum sancto Silvestro, qui latitavit in monte Syrapti. mittitur ad locum istum (?) ignotum. Silvester militibus illis visis cum mortem † hic veniens ad Constantinum ei tabulam depictam cum ymaginibus apostolorum: si tales ei de nocte apparuerunt? qui dixit, quod omnia aut omnino sit hoc. tabula adhuc stat in alterane super altare maius. Constantinus baptizatur, omnia ydola Rome confringuntur. ipse vero baptizatus et curatus per Silvestrum a lepra, permansit ei parva macula in fronte de lepra propter unum ydolum quod carum habuit et absconditum. recognoscens se habere maculam de occulto ydolo, destructo sanatur. Constantinus dedit az^{m} asinum aut equum et mitram rubeam quam Petrus papa habuit. duxit eum per..... frenum in equo ad Lateranum (?). Elena mater arguit filium de conversione. ipsa fuerat ultra mare, duxit secum duos incantatores, bos cadit ..... incantatorum Elene, resurgit per orationes

5 Syrapti] Soracte? 7 *post* mortem *lacunam indicavimus.*

Digitized by Google

Silvestri. Helena hoc viso ivit trans mare acquirendo sanctam crucem.

